Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8324
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Si forte duo / br. / si duo malo
zelo fuerint electi in papam neutra
electio ualet
Siquis pecunia / br. / qui non canonica
electione cardinalium / sed per pecuni-
am uel per tumultum popularem
assumptus fuerit in papam / non
apostolicus sed apostaticus dicitur
Hic no. quod papa potest accusari
de symonia commissa in electione
ipsius / sed contrarium tenet secundum glo.
Item no. quod licet probetur con-
tra cardinales quod symoniace
elegerunt papam / propter hoc tamen
non deponetur papa secundum glo. Item
no. quod si ille cuius uxor credi-
tur mortua eligitur in papam
et consecratur / si uxor uiuit
et non potest induci ad continen-
ciam seruandam / renunciare
debet papatui / sed si neget illam
esse suam uxorem / non cogitur
super hoc stare iudicio alicuius
hominis potest dicere qui me iudi-
cat dominus est secundum glo. Item no.
quod licet laicis expellere a sede
apostolica apostaticum Item no.
quod propter persecutionem potest fieri
electio extra locum debitum
Si transitus / br. / potest papa cum
fratribus suis tractare de electione
successoris / sed non potest substituere
successorem secundum glo.
Electionem / br. / dominus sibi reser-
uauit electionem summorum pon-
tificum Hic no. quod fallit re-
gula id quem spectat institucio
et destitucio secundum glo.
[illegible] Di. lxxx.
Urbes / br. / primates uel patriarche
debent ordinari in urbibus Hic
no. quod post aduentum Christi fu-
erunt per apostolos constituti prima-

Di lxxx

tes Item no. quod diuisiones gen-
tilium sunt autentice secundum glo. Item
no. quod modica uel nulla est differencia
inter primatem et patriarcham
sicut nec inter pignus et ypo-
thecam secundum glo.
Nulli uero / br. / ut est supra xv. Hic
no. quod tempore beati petri fuerunt
limitate prouincie Item no.
quod in una ciuitate non debent
esse plures episcopi secundum glo.
Episcopi / br. / non debent con-
stitui episcopi in castellis et mo-
dicis ciuitatibus et regalibus
secundum glo. Item no. quod nullus
debet in dualibus ecclesiis intytu-
lari secundum glo.
Illud / br. / ut supra xv. c.
Non debent / br. / ut supra xv. c.
Proximitatem / br. / episcopi non debent
inuicem distare ut possint sine
difficultate conuenire quando
expedit Hic no. quod consecracio
episcopi non potest fieri sine tribus episcopis
ad minus.
[illegible] Di 81
Di Lxxxi.
Apostolus paulus / br. / sine gra-
ui peccato debet esse qui ordinatur
in episcopum Hic no. quod omnis doli
est fraus sed non conuertitur
Item no. quod crimen est graue pec-
catum accusacione et dampna-
cione dignissimum Item no. quod
pro quolibet crimine in quo quis
est incorrigibilis deponi debet
sed non statim pro prima cotidiana
tamen deponitur xv dies licet secundum
glo.
Nemo / br. / non recte habet pro
primam predicacionis nisi qui per
actus suos condempnat errata
et in penitenciam confessione de-
monstrat
Scimus daniel / br. / caret ordine
quem confert qui indignum or-